



Syntagmata Theologica Sive Principalis Theologiæ Tractatus

Continet triplicem Tractatum: Primus est de Conscientia. Secundus agit de Merito. Tertius de Reviviscentia meritorum.

Lourenço, Agostinho

Leodici Eburonum, 1692

Sectio VII. Aliquot dubia circa præcedentem doctrinam resolvuntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80151](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80151)

Valen. tom. 3. d. 6. q. 19. punct. 16. P. Rebel. lib. 3. p. 1. de Just. q. 15. sect. 1. & 2. P. Usq. in opuscul. cap. 5. §. 2. dub. 5. n. 30. P. Less. lib. 2. de Just. cap. 12. dub. 6. P. Azor. p. 3. lib. 5. cap. 13. q. 2. P. Toloz. lib. 5. sum. cap. 16. num. 3. P. Turrian. 2. 2. tom. 2. d. 33. dub. P. Sanch. tom. 2. consil. lib. 7. cap. 20. n. 3. Bonacin. tom. 2. de Contract. d. 2. q. 8. punct. 1. à n. 7. Sayr. in clavi lib. 9. cap. 15. à n. 9. P. Reginal. tom. 2. lib. 22. cap. 1. q. 4. n. 19. Bannez. 2. 2. q. 66. art. 8. Aragon. 2. 2. q. 66. a. 6. caus. 10. & alios apud citatos.

III. Dico 2. Quando quis habet certitudinem pro una parte, & in contraria datur periculum peccati, licet hæc respectu omnium Doctõrum sit probabilis, non est licitum secundum eam operari. Hæc est communis, defenditurque à *Caiet. sum. verb. Opinioniõs usus. Lorca d. 41. §. Afferro 2. P. Becan. tr. 1. cap. 4. q. 9. num. 7. P. Soar. d. 12. sect. 6. n. 10. & aliis. Probatur primò, quia non licet operari secundum opinioniones olim probabiles contra oppositas nunc tanquam certas judicatas; ergo etiam non licebit operari secundum opinioniones aliorum probabiles contra id, quod mihi certum judicatur, & videtur.*

II. Probatur secundò, quia conscientia certa, aut est recta, aut erronea; sed utraque obligat ad sui conformitatem, ut supra diximus d. 2. & 3. ergo non licet operari secundum opinionem respectu aliorum probabilem, quando quis habet conscientiam certam, & tutam de opposito. Confirmatur, quia relinquere regulam certam de honestate actionis, & sequi falsam, & incertam, est contra rationem; sed operari contra rationem, ejusque dictamen, nunquam est licitum; ergo &c.

SECTIO VII.

Aliquot dubia circa præcedentem doctrinam resolvuntur.

13. **D**UBIUM 1. Utrum ex duabus opinionibus inæqualiter probabilibus licitum sit sequi probabiliorē, quæ sit tutior, aut æquè tuta? Affirmative. Ita *P. Azor. tom. 1. lib. 2. cap. 16. q. 3. P. Sal. 1. 2. tract. 8. d. unica, sect. 5. n. 44. & alii. Probatur, quia, ut supra diximus à n. 93. homo non tenetur operari, præcedente semper judicio certo; sed hoc supposito, assignari non potest congruentior regula ad licitè operandum, quam illa, quæ est probabilior, quando opinioniones etiam in ratione tuti sunt æquales; & à fortiori si illa, quæ est probabilior, est etiam tutior; tunc enim nemo dubitat, hujusmodi regulam operandi esse perfectam, & sufficientem ad honestatem operationis; ergo &c.*

14. Dubium 2. Utrum quando quis judicat probabilem unam partem, & in contraria, in qua est periculum peccandi, nullam agnoscat probabilitatem, possit nihilominus licitè operari secundum hanc, in qua probabilitatem non agnoscat? Negative. Ita communiter, & specialiter *P. Sanch. lib. 2. de Matrim. d. 44. n. 2. & 4. Lorca d. 39. memb. 1. concl. 1. P. Sal. cir. sect. 4. n. 40. Probatur ex illo ad Rom. 14. ibi: Quod non est ex fide, peccatum est; id est, quod non est secundum conscientiam (ut supra explicavimus), peccatum est; sed quando quis judicat probabiliter unam partem, & in contraria, in qua est periculum peccati, nullam agnoscat probabilitatem, habet fidem, id est, conscientiam operis illius, non autem hujus; ergo licitum est agere secundum illam, non verò secundum hanc.*

15. Dubium 3. Utrum quando utraque pars est æquè probabilis, & æquè tuta, possit quis pro libito eligere, quam partem maluerit? Affirmative. Est omnium, & illam in speciali sequuntur *P. Soar. d. 12. sect. 6. n. 4. Cordub. lib. 2. q. 13. §. Si verò. P. Sal. cir. sect. 4. n. 44. P. Becan. tract. 1. cap. 4. q. 9. num. 3. & alii. Probatur, quia in facta suppositione utraque pars, cum sit probabilis, est rationalis, & homo quancumque illarum amplectens, rationaliter operatur; sed qui rationaliter operatur, operatur licitè; ergo homo licitè poterit, quam maluerit sequi.*

16. Hinc est, quod si conjuges contraxerunt existimantes falsò, se habere impedimentum dirimens, ut priorem alterius conjugem vivere, cum tamen sit mortuus, quaestio est: Utrum tale matrimonium sit validum? Cum autem pro utraque parte sit opinio probabilis, poterit quis, quam maluerit amplecti, aut negativam cum *Vincent. in cap. Cum in Apostolicâ de Sponsal. Joan. Andr. ibi. n. 8. Anchar. n. 5. Abb. n. 6. Sylvest. verb. Matrimonium. 8. q. 13. dist. 5. Ludov. Lopez 2. p. de Matr. cap. 47. & 55. Vega lib. 2. sum. casu. 282. quam probant, tum ex L. Is, qui putat ff. de acquirend. hered. tum quia erratur circa matrimonii substantiam, cum conjuges existiment impossibilem sibi esse corporis traditionem; tum etiam quia voluntas non potest ferri in impossibile, ut juris conscius, qui Sacerdos non est, nequit intendere consecrare. Aut potest amplecti affirmativam cum *Gloss. 34. in sum. verb. Utraq. quaestio. Rosel. verb. Impedimentum. Impedim. 12. Fabien. Covar. D. Anton. Ledesm. Rodrig. tom. 1. sum. cap. 233. n. 3. P. Henricq. lib. 11. de Matr. cap. 11. n. 5. & aliis, quos citat, & sequitur P. Sanch. lib. 2. de Matr. d. 33. n. 2. quam probant, tum ex cap. 1. de Sponsal. in 6. tum quia tales personæ sunt revera habiles ad contrahendum, & intendunt quatenus possunt, contrahere; sicque contrahunt. Addit tamen P. Sanch. n. 3. his adhiberi fidem, si negent se consensisse, in foro interno, non autem in foro externo.**

17. Dices 1. Stante æqualitate inter has duas opinioniones contrarias æquè probabiles, intellectus manet dubius; sed eum dubio non est licitum operari; ergo neque sequi quam maluerit ex illis opinionibus. Respondeo negando majorem; intellectus enim tunc, saltem ex imperio voluntatis, format hoc judicium practicum: licitum est sequi hanc opinionem, supposito, quod sit probabilis: & opus non est quod intellectus tunc judicet absolute esse veram opinionem, quam voluntas eligit, sed satis est, quod possit judicare esse probabiliter veram, ut honestè operetur juxta illa, quæ supra diximus à num. 93.

18. Patet, quia clericus ordinatus cum patrimonio ficto, est opinio probabilis, quod incurrerit suspensionem, ut docent *Navar. in Manu. cap. 27. n. 158. P. Sanch. lib. 6. de Matr. d. 32. n. 8. Bonac. d. 8. de Sacram. q. unica punct. 5. n. 24. P. Soar. tom. 5. in 3. p. d. 31. sect. 1. num. 35. P. Reginal. tom. 2. lib. 32. tract. 2. cap. 25. sect. 3. num. 71. Et est etiam opinio probabilis, quod suspensionem non incurrerit, ut tenent *Gonzal. ad 8. reg. Cancel. gloss. 5. §. 10. num. 25. P. Toloz. lib. 1. cap. 48. num. 5. P. Agid. d. 6. de Sacram. dub. 5. n. 38. Garzias de Benef. tom. 1. p. 2. cap. 5. n. 20. P. Henricq. lib. 13. cap. 37. n. 2. P. Avil. de Conf. p. 3. d. 5. Sayr. de Conf. lib. 4. cap. 14. num. 16. Diana p. 2. tract. 16. Resol. 5. Tunc verò homo eligens primam opinionem, non judicat absolute, clericum illum habere veram suspensionem, sed solum quod probabiliter habeat veram suspensionem;**

nem; sicque non requiritur iudicium de veritate objecti, sed sufficit iudicium de veritate probabiliter existente.

119. Dices 2. Videtur repugnare, quod intellectus duas opiniones contrarias iudicet æquè probabiles; ergo si aliquam probabiliorē, & tutiorē iudicet, non poterit aliam licitè sequi. Respondeo negando antecedens: nam probabile est, quod Petrus, qui emit, & vendit bona fide rem alienam eodem pretio, quo illam emerat à latrone, non tenetur tale pretium vero domino restituere, ut docent P. Mol. tomo 3. de just. d. 721. num. 6. 7. & 9. P. Less. lib. 2. de just. cap. 14. dub. 5. num. 29. P. Rebel. p. 1. lib. 2. de just. quest. 3. num. 3. & part. 2. lib. 9. q. 18. sect. 1. num. 9. Soc. lib. 4. de just. quest. 7. art. 2. & Diana part. 3. tract. 5. resol. 24. Et æquè probabile est, quod teneatur tale pretium restituere, ut tenent P. Vasq. in part. 2. d. 172. cap. 1. num. 4. Ledesm. in sum. tom. 2. tract. 8. cap. 14. post 4. conclus. dub. 2. Sayr. clavi lib. 10. tr. 2. cap. 2. num. 13. Bannez, Aragon. 2. 2. quest. 62. art. 6. dub. 1. quod probant ex eo, quod pretium succedat loco rei ex l. si rem, ff. de petend. hered.

120. Instabis: Non apparet modus explicandi, qualiter homo possit habere simul duo iudicia contraria, per quorum unum iudicet rem esse licitam, & per aliud iudicet eandem rem non esse licitam; ergo &c. Respondeo negando antecedens: quomodo enim id fieri potest explicant P. Azor. tomo 1. lib. 2. cap. 16. quest. 2. & 3. & cap. 17. quest. 7. P. Vasq. 1. 2. d. 62. cap. 3. num. 10. P. Laym. & alii apud P. Bard. discip. 4. cap. 12. Dicunt enim, non posse eundem intellectum per propria & intrinseca rei principia, id est, per causas rei, aut effectus illius, aut per absurda, & impossibilia inde deducenda, iudicare utramque opinionem probabilem, quia jam intellectus iudicaret simul duo contradictoria: optimè tamen posse, inquirunt, per principia extrinseca, id est, per auctoritatem Doctorum contrariam opinionem probabilem; & per principia intrinseca aliam etiam probabilem iudicare; ita ut unum iudicium fundetur in ratione; aliud verò in auctoritate.

121. Patet in casu proximè adducto, in quo quis potest ita discurre: Pretium succedit loco rei vendita per text. in l. si rem, ff. de pet. hered. Sed ego habeo pretium rei alienæ, quam bona fide vendidi; ergo probabile est, quod teneor illud restituere vero domino. Deinde potest etiam formare aliud iudicium hoc modo: Licetum est acquiescere dicto Sapientum; sed multi Sapientes dicunt, me non teneri ad restituendum tale pretium; ergo probabile est, quod non teneor illud restituere; sed in proposito eventu homo habet duos assensus contrarios, unum per principium intrinsecum, nempe per rationem, & alium per principium extrinsecum, nempe per auctoritatem; ergo &c.

122. Nihilominus probabilius videtur, quod homo simul habere possit duo illa iudicia, etiam per principia intrinseca. Ita P. Sanch. lib. 1. decal. cap. 9. n. 12. & P. Arriaga d. 24. de Actib. human. num. 9. Probatur primò, quia sæpè utraque pars contradictionis solâ ratione apparet probabilis, nullo auctore reperto pro utraque parte. Secundò persistendo in exemplo adducto, potest homo ille formare iudicium probabile, se teneri ad restituendum ex hac ratione, quia scilicet pretium succedit loco rei: & deinde formare iudicium oppositum, se non teneri ad restitutionem ex hac ratione, quia scilicet non tenetur ratione rei acceptæ, neque ratione iniustæ acceptionis.

123. Dubium 4. Utrum regulariter, & per se loquen-

do, liceat sequi partem minùs probabilem, tutam tamen? Affirmativè. Huic nemo contradicit. Docetur à Cordub. lib. 2. quest. 13. §. Alio modo. P. Sal. cit. sect. 6. initio. & aliis. Probatur quia homo in hoc eventu habet iudicium probabile de honestate actionis, quod est sufficiens regula, ut supra diximus, & non exponitur periculo peccandi; ergo licitum ei tunc est operari. Dixi regulariter, & per se loquendo, quia contingere poterit esse illicitum sequi partem minùs probabilem ratione alicujus circumstantiæ, v. g. ratione periculi scrupulorum conscientiam inquietantium, aut alterius similis causæ.

SECTIO VIII.

Utrum liceat sequi opinionem minùs tutam, & minùs probabilem?



124. FIRMATIVAM sententiam, quam multi pro suo potiùs genio, quam ingenio oppugnant, multo autem plures & ingenio & ratione solidè propugnant, iudicio veteriorem; eam tenent Merend. lib. 1. de Contract. cap. 5. Medim. 1. 2. quest. 19. art. 6. P. Vasq. ibid. d. 62. cap. 4. num. 14. P. Valent. 1. 2. d. 2. quest. 12. pun. 5. quest. 1. & punct. 4. quest. 14. sum. quest. 4. & 2. 2. d. 5. quest. 7. punct. 4. vers. Respondeo. Gutier. quest. Canon. lib. 1. cap. 13. num. 23. P. Soar. tomo 5. in 3. p. d. 40. sect. 5. num. 6. P. Henrig. lib. 14. de Irregular. cap. 3. num. 3. P. Azor. tomo 1. lib. 2. cap. 16. quest. 2. 3. & 4. & cap. 17. quest. 7. Bannez 2. 2. quest. 10. a. 1. dub. 3. Navar. lib. 3. de restit. cap. 1. dub. 13. num. 237. Aragon. 2. 2. quest. 63. art. 4. dub. penult. Salon. ibid. controver. 2. conclus. 4. Lud. Lopez. 1. p. cap. 120. Perr. Ledesm. tomo 2. sum. tract. 8. cap. 22. P. Sal. 1. 2. quest. 21. tract. 8. d. unica, sect. 6. num. 66. Sayr. in clavi lib. 1. cap. 6. num. 4. & 10. P. Less. lib. 2. de just. cap. 29. dub. 8. num. 68. quos citat, & sequitur B. Sanchez lib. 1. decal. cap. 9. num. 14. & lib. 2. de Matr. d. 41. fine, & d. 42. num. ult. P. Pal. tomo 1. d. 2. de Conscient. punct. 2. n. 2. Joan. Sanch. in select. d. 42. num. 12. P. Becan. lib. 1. cap. 4. quest. 9. num. 15. & Martinez d. 86. §. Dico 3. P. Laym. lib. 1. tract. 1. cap. 5. §. 2. num. 7. Basil. Pont. lib. 10. de Matr. cap. 15. num. 4. Mader. 1. 2. quest. 9. art. 5. d. 68. Assert. 3.

125. Tenent etiam P. Filliu. tom. 2. tract. 21. cap. 4. num. 128. P. Tanner in 1. 2. d. 2. quest. 4. dub. 3. num. 36. Barbof. in Remiss. ad Ordinat. Lusitan. lib. 3. tit. 64. num. 10. Garzias de Benef. tomo 2. part. 11. num. 361. Villalob. sum. tomo 1. tract. 1. diff. 10. num. 2. Lorca in 1. 2. tomo 1. d. 39. memb. 2. Sanctarel. ver. Resol. p. 1. quest. 59. num. 4. Barbof. in collectan. tom. 1. lib. 2. tit. 9. cap. 4. num. 6. Porrel. in addit. ad dub. regular. verb. Opinio, num. 3. Diana part. 1. tract. 13. resol. 1. P. Teril. tomo integro. P. Arriaga d. 24. de Actib. human. num. 2. P. Mendo. Stater. opinion. dissert. 13. quest. 15. P. Fabri in Apologet. ubi latissimè de usu licito opinionis probabilis. P. Escob. tomo 1. Moral. lib. 2. a. sect. 2. P. Esparza tomo 1. lib. 3. quest. 23. & ibi in Appendice, ubi de hac materia, & usu licito opinionis probabilis latissimè, & doctissimè contra oppugnantem, & blasphemantem præsentem questionem, illiusque patronos tum religione, tum pietate, tum litteris apprime notos. Igitur præsens questio:

Probatur primò, quia in cap. Sicut quadam dist. 14. dicitur: